



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Fides placet Deo propter tria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

INSTITVTO. 91

placere deo. Quia ipsa est radix & fundatum omnium bonorum. Vnde in unum laborauerunt, & labo- rant, qui sine ea uolunt edificare.

Vnde Pater Augustinus. Videntur ruinam querere, qui sine fide uolunt edificare. Et Paulus. Fundamentum aliud nemo potest ponere, nisi Iesum Christum, id est fidem Iesu Christi.

Gregorius sicut rami sine uirtute ra- dicis arescunt, ita quilibet opera li- cet bona uideantur, nulla sunt, si à fi- dei soliditate disiungantur. Quantum uero ad tertium incitamentum, fides deo multum placet. Vnde Ecclesiasti- cus fides & mansuetudo deo placet. Hierem. Domine oculi tui respiciunt fidem. De hac materia require in se- quenti capite. Beneplacitum est deo. Quartum est quia diabolo multum di- splicet. De hac materia uide in secun- do capitulo. Quintum additur, quia homini multum prodest. sed de mate- ria hac in tertio capitulo uide.

Fides placet deo propter tria.

Primo, quia fides est porta, per quam princeps uniuersorum in- trat ad cor hominis. sicut legi- tur de Beata Virgine, quia prius in-

Augus.

Greg.

Eccl. 5.

Hier. 5.

CHRISTIANA

trauit filius Dei in mentem virginis
per fidem quam in uentrem. Vnde in
Luc. I. Luca dicitur. Beata quae credidisti,
quoniam perficiuntur ea, quae dicta
Augus. sunt tibi a domino. Et Pater Augustinus.
Beatior fuit Maria percepido
fidem Christi, quam concipiendo ex
nem Christi. Secundo, quia fides in
mente signum regium ponit, id est, fi-
lium Dei in cruce pendentem. Ter-
tio, quia solis fidelibus beneficio-
nes dabit. Vnde apud Ioannem dicitur.
Ioā. 20. Beati qui non uiderunt & credi-
Luc. 10. derunt. Et apud Lucam. Beati oculi
qui uident, quae uos uidetis. Et Paulus.
Gall. 3. Qui ex fide sunt, benedicuntur
cum fidei Abraham.

*Fides displaceat diabolo propter
quatuor.*

Primo, quia fides non cessat dia-
bolo contumeliam facere. ipsa
nanque ostendit eum nullius
creature Deum esse, & auctorem so-
liu[m] malorum; & propter culpam suam in-
Ioā. 16. dicatum iam esse. Io. 16. Princeps hu-
ius mundi iam iudicatus est. Secundo,
quia per fidem ei ubique resistitur.
B. Pet. Vnde Petrus admonebat nos in qua-
ad 14. 5. ens. Cui resistite fortis in fide. &